Informatio de predio Nartz

Predium Nartz continens mansos octo, situm in districtu
Tolkemiten. post hominum memoriam iure hereditario Cul,,
men. possessum fuit a ciuibus Elbingen., a quibus certa semper
pensione annua locatum fuit agricolis, et postremum ante an,,
nos plus minus triginta, ab iisdem ciuibus uiris primariis, inter
quos Ioannes Sprengell adhuc in uiuis est, uenditum d. Eg,,
gerdo à Kemper tunc Decano et Canonico Warmien. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~. Qui quidem d. Decanus, cum ipso sta,,
tim contractu V. Capto certa pactione promisisset, reuersali,,
busque literis cauisset si ante mortem suam, de bonis illis in pios
usus in Eccla Cathedrali testamento, aliaue ultima uoluntate
non disposuisset, V. Captum sibi in ius dominiumque ac possessio,,
nem eorum, eodem quo ipse emisset precio succedere debere,
accidit ut flagrante exequutione, qua V. Capto ius ac possessio
praefectura Tolkemiten. à Diuo Sigismundo Augusto, abiudi,,
cata, Mag.co dno Matthiae Zalinsky attributa fuerunt, et memo,,
rato quoque D. Decano non multo post de iure ac possessione pre,,
dii Nartz, lis moueretur, ac si tanquam bona Regalia ad praef,,
ecturam Tolkemiten. spectaret, in eamque rem Commissarii Regii
sex uiri nobiles, maiorique ex parte propinqui dni Zalinskij de,,
signarentur. Apud quos cum certo die ac loco, de iure illius
predii utrinque disceptatum, atque à d. Decano priuilegia aliaque
authentica iura de bonis illis producta essent, pronunciarunt
dni Commissarii, bona Nartz non esse bona Regalia, sed ab ipso
d. Decano iusto titulo recte possideri, eumque in iure ac posses,,
sione confirmarunt. A qua sententia cum instigator Re,,
gius, ad S.ctem R. appellasset, atque ad eam prosequendam
dies esset praefinita, causa discussa tam coram dnis Consilia,,

(22)

rijs, quam Mtte. Rg sententia dnorum Comissariorũ fuit
confirmata, et d. decanus ab impetitione absolutus. His ita
peractis, cum Divus Stephanus in regno successisset, V. Capitulum
petijt per Nuncios suos, pactum et contractum inter [redacted] d. Decanum
et se, de successione in bonis Nartz authoritate Regia [redacted]; confirmari. Qua confirmatione impetrata, V. Ca-
pitulum post mortem eiusdem d. decani, vigore contractus et confir-
mationis Regiae, in ius et possessionem eius successit. Et quoni-
am plana et manifesta est iuris regula, eum qui in ius, domini-
umq alterius succedit, eodem quo prior, iure uti debere, atq antea
per Commissarios Regios pronunciatum et decreto Mtis Rg compro-
batum fuit, bona Nartz non esse bona Regalia, sed d. decanum
ex iusto titulo, recteq possidere, atq V. Capitulum in eiusdem de-
cani ius et possessionem successit, consequens est, et ipsu Capitulum
eodem iure illa possidere, atq in eo authoritate Regia conser-
vari, adversam partem autem tanquam contra decreta Regia
et rem iudicatam, temere litigantem in expensas condemnari debere

Informatio Oradij
Nartz

22 2v